STRATEGEMATUM LIBRI OCTO. -

Polyaenus di Lampsaco (di Lampsaco), ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
1
6 - C
24
ROMA

VI. 75

Liebeskind
Nachlass

Michaëlis Angeli
Giacomelli

Lugd. Batav: ex Officina { IORDANI LUGTMANS & IOANN: du VIVIÉ }

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ
ΒΙΒΛΟΙ ΟΚΤΩ.

POLYAENI
STRATEGEMATUM
LIBRI OCTO.

JUSTO VULTEJO

interprete.

PANCRATIUS MAASVICIUS
recensuit, ISAACI CASAUBONI,
nec non suas, notas adjecit.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud { JORDANUM LUCHTMANS, & JOHANNEM DU VIVIE. } 1690.

NOBILISSIMIS. AMPLISSIMIS. REIPUBLICAE. DELPHENSIUM. PRINCIPIBUS. VIRIS.

GERARDO. PUTMANS. J.C. OLIM. PRAETORI. NUNC. REBUS. INDICIS. NEC. NON. AGGERIBUS. DELFLANDIAE. PRAEFECTO. CONSULUM. PRAESIDI.

JACOBO. VREEDENBURGH. AB. ADRICHEM. J. C. AD. COLLEGIUM. REBUS. MARITIMIS. PRAEFECTORUM. NUPER. DELEGATO. SCHOLAE. DELPHENS. COLLEGIIQUE. IBIDEM. LITERARII. CURATORI. CONSULI.

HENRICO. D'AQUET. MEDICO. CONSULI.

PETRO. TEDING. BERCHOUT. J.C. CONSULI.

ADRIANO. BOGAART. J. C. TOPARCHAE. IN. BELOIS. ET. NATTAIAS. NUPER. CONSULUM PRAESIDI. AD. COLLEGIUM NOB. ET. PRAEPOT DEPUTATORUM, ORD. HOLLAND. DELEGATO. REBUS. INDICIS. PRAEFECTO. IN. SUPREMA. AGGERUM. DELFLANDIAE. CURIA. ASSESSORI. SCHOLAE. DELPHENS. COLLEGIIQUE. IBIDEM. LITERARII. CURATORI.

NICOLAO. AB. ASSENDELFT. J. C. REIPUBL. DELPHENS. SENATORI. SCABINORUM. NUPER. PRAESIDI. SCHOLAE. DELPHENS. COLLEGIIQUE. IBIDEM. LITERARII. CURATORI.

DAVIDI. CLINQUANT. DIVINORUM. ORACULORUM. INTERPRETI. PRIMARIO. SCHOLAE DELPHENS. COLLEGIIQUE. IBIDEM. LITERARII. CURATORI.

DOMINIS. SUIS. CLEMENTISSIMIS.

S. P. D.

PANCRATIUS, MAASVICIUS.

Polyænum edituro haud diu circumspicienda fuere Nomina, VIRI AMPLISSIMI, quæ tam veterum quam recentiorum instituto no-

væ huic editioni præfigerentur: jamdudum enim Veſtra de me merita teſtari publice, & gratæ meæ erga Vos voluntatis præbere ſpecimen geſtiit animus: Vos enim, VIRI NOBILISSIMI, mihi Dii eſtis reduces, quorum auſpiciis, per ſeptennium patriæ abſtractus laribus, nunc denuo iiſdem reſtitutus, quotquot ſecum fert ea, frui commodis abſque intermiſſione valeam. Nondum enim biennum Bredano Gymnaſio præfueram, cum literis Veſtris ſecundus mihi in Ludo Veſtro Literario offerretur locus, quæ animum redeundi in patriam ſponte ſua pronum tantum non impellebant; verum generoſus quidam honoris ſtimulus & gloriæ cupido, quæ in optimis etiam quibuſque conſpiciuntur, impetum illum refrenabant, nec legati munere fungi, qui ipſe jam cum imperio eram, ulla ratione ut a me impetrarem patiebantur. Tantum autem abfuit, ut recuſatio illa benignum Veſtrum de me judicium extinxerit, ut priorem etiam opinionem magis inflam-

flammarit. Ejus rei argumentum fuit haud exiguum, quod post annos admodum quinque, cum idem apud Vos vacaret locus, eandem mihi secundo, & quidem honorificentissime obtuleritis provinciam. Tunc demum in me ipse sum expertus, quid non valeat patriæ, parentum, nec non amicorum, & quidem doctorum, quotidie familiaritas & commercium: nam quo breviori ab iisdem absentia animus impelli primum nequibat, eo longiori, qua mihi charissimis illis pignoribus carendum fuerat, intercapedine, idem facilius postea fuit adactus. Neque enim verebar quemquam daturum mihi vitio patriæ meæ desiderio ex imperatore factum me legatum, cum (liceat parva magnis componere) sempiternæ ducatur laudi Magno Africano, quod fraternæ laudis amore incitatus fratri L. Corn. Scipioni contra Antiochum legatus iverit omnium imperatorum excellentissimus: præsertim cum accederet charissimæ parentis desiderium &

pietas, cujus flagrantiſſimis precibus, quibus jam ante quoque ad redeundum indeſinenter me invitarat, deeſſe ultra erat religio: nec non Magni Viri, Theodori Ryckii, qui princeps mihi & dux ad ſuſcipiendam & ingrediendam rationem horum ſtudiorum extiterat, ſed cujus mors nuperrima, ſuis luctuoſa, nobis triſtis, Reipublicæ Literariæ omnibuſque bonis acerba, eorundem fructum ſummo ſuo jure eidem ſolvere mihi non permiſit: hujus, inquam, Viri, nunc ἐναγίοις, amplectendi muneris tam honorifice a Vobis oblati conſilium & auctoritas: & denique, quod poſtremum licet commemorem, in primis tamen & præcipuis jure numerandum incitamentis, Scholæ Veſtræ præ ceteris per omnem literatum orbem illuſtre nomen & fama, cui inſtaurandæ, annorum aliquot retro injuria nonnihil imminutæ, cum & me deſtinari a Vobis acciperem, gaudebam me in celebriorem laudis inveniendæ deſcenſurum arenam, in qua majori cum fructu in ſtudio-

dio-

diosam juventutem diffundi posse in futurum nostra videbatur opera. Vestra vero, VIRI GENEROSISSIMI, quam præsens jam tres annos experior, benignitas eximia & singularis, non solum consilii hujus rationem mihi probavit hactenus, sed tanto opere eandem insuper confirmavit, ut cum superiore æstate prior mihi provincia cum honoris incremento iterum offerretur, eandem modeste recusaverim. Vestro itaque munere id accepi, ut Auctorem hunc edere, eumque Amplissimis Vestris Nominibus inscribere possim: a Vobis quippe huc evocatus, amicorum, quibus præsenti mihi frui per Vos datum erat, adhortationibus perpetuo fui incitatus, ut, dum ætas & vires paterentur, aliquid saltem, quod sentio quam sit exiguum, ex studiis meis ad communem utilitatem adferrem, quæ certe tantas in animum egere radices, ut, cum non publica solum, quam mihi credidistis, sed & privata juventutis Vestræ disciplina me haberet exercitatissimum, horas subsecivas

ad hæc ſtudia recolenda ſumpſerim, & aures ſcholaſtico ſtrepitu ac convicio defeſſas doctrinæ hujus delinimentis permulſerim. Veſtrum denique eſt, quod occaſionem nactus exoptatiſſimam, qua Vir Clariſſimus, Jacobus Gronovius, paterni non ſolum nominis, ſed & virtutum, præter ſuas, quas poſſidet admirabiles, ex aſſe hæres, non ſolum edendi hujus præcipue operis fuerit hortator, ſed pro incredibili ſuo ad promovenda literarum ſtudia, utque Auctores tam Græci quam Romani ſermonis emendatiſſimi poſterorum manibus terantur, zelo, humaniſſime quoque talia largitus ſit ſubſidia, ſine quibus fruſtra fuiſſet omnis labor. Quibus ergo potiſſimum, VIRI GRAVISSIMI, quam Vobis, qui præter immenſa, quibus obſtrictum me tenetis beneficia, Polyæno quoque renaſcendi præbuiſtis originem, abſque animi ingratiſſimi nota hunc beneficii Veſtri Auctorem, & Vobis non quidem ἀπροσδιόνυσον, dicaſſem? Ac ne quis a nobis hoc ita dici for-

te

te miretur, quod alia quædam in eo sit scribendi ratio, quam quæ Viris in bellicis negotiis ac periculis minime versatis conveniat; maximi quidem in bellis momenti in eodem continentur strategemata, unde & ipse labores singulos præstantissimis Imperatoribus, reique militaris prudentissimis, Antonino & Vero, inscribere non erubescit; sed, ipso teste, reconditæ quoque regendarum rerumpublicarum commemorantur artes, quæ in bello non solum, sed & in pace, summum imperium tractantibus insignem adferre queunt prudentiam & utilitatem. Ut autem fertur Sinætes quidam Artaxerxi Mnemoni alieno sibi loco obviam facto, cum, sollenni Persarum instituto regem muneribus tum ornare non valeret, ne tamen inhonorati regis dedecus in se admitteret, ex profluente Cyro haustam utraque manu aquam obtulisse, idque donum benigno ac regio animo a tanto principe fuisse acceptum: ita Vos etiam, VIRI NOBILISSIMI, hasce qualescumque stu-

ſtudiorum meorum primitias, Dignitatibus quidem Veſtris longe impares, ſed ab eo profectas, qui cum abſque munere Vos dimittere nec deberet nec poſſet, iis ſaltem, quibus in præſentiarum potuit, votivis animi grati tabulis Divorum ſuorum genua incerare conatus eſt, benigno accipite animo, & inſignem Veſtrum, quo complexi me eſtis hactenus, favorem mihi porro ſervate, ut in dies magis in nobis excitetur illud ſtudium, quo uberiorem quandoque, ſi Supremus Rerum Arbiter largiatur veſci aura, daturi ſperamus meſſem. Quod ſupereſt, VIRI GENEROSISSIMI, Summo Numini ſupplicia cum omnibus bonis pro Veſtra incolumitate, qua etiam publica continetur ſalus, vota nuncupamus, utque auguſtiſſimis Veſtris auſpiciis Publicam rem Veſtramque diutiſſime geratis. Feliciter! Ex Muſeo noſtro v. Kal. Aprilis CIↃ IↃ C XC.

LECTO-

LECTORI S.

Sæculum nunc est, quod Polyænum, *una cum* Justi Vulteji *versione, nec non suis in eundem Notis, Græce primus ediderit & ab interitu vindicaverit Vir Magnus* Isaacus Casaubonus: *quo vel solo nomine præter incomparabiles alios Divini ingenii fœtus, Summi Viri manibus, cum ob singularem Auctoris præstantiam, tum quod multa nobis, quæ frustra quæras alibi, per eundem a temporum injuria sint vindicata, immortales gratias debent Literæ. Verum uti nihil natum simul est & perfectum, ita nec Polyænus eo nitore vel elegantia tum prodiit, quam quidem Viro doctissimo fuerat in votis: cum enim Codicem nactus esset vitiosissimum, in quo nihil fere non aut distortum, aut luxatum, aut accepto vulnere aliquo adspectu fœdum, non mirum profecto multa in eodem lacera, hiulca & inemendata fuisse relinquenda: quapropter etiam alios, qui meliorem* Polyæno, *si possint, commodent operam, ipse invitat & hortatur, hujus certaminis præmium sibi eripi adeo non moleste ferens, ut etiam id optari sibi generose profiteatur. Id autem qui aggrederetur quum hactenus apparuerit nemo, nos lampada traditam alacri animo accepimus, non quod aut ab ingenio, aut ab otio melius essemus instructi (post Casaubonum quippe in eandem arenam qui descenderet, is certe post Roscium in scena gestum ageret) sed quod illos, quos expectandos sæpe monet Codices, nobis videremur consequuti. Unde*

etiam

etiam ſicubi a doctiſſimo Viro diverſis nobis fuit abeundum, quanta id fieri potuit, factum modeſtia: quia, ſi iiſdem ille quibus nos, inſtructus fuiſſet adjumentis, non ſolum hoc nos faſce levaſſet, ſed Polyænum *dediſſet elegantiorem multo, quam a quoquam poſſet ſperari. In procuranda hac editione ſubſidiis uſi ſumus, duabus quantivis pretii & optimæ notæ MSS. Codd. collationibus, quarum altera ex illuſtriſſimæ Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis Bibliothecæ cimeliis deprompta, altera ex egregio Collegii S. S. Trinitatis apud Cantabrigienſes Bibliotameo ex indulgentia Reverendi & Celeberrimi, qui tum ei præerat,* Johannis Pearſoni, *prodiit. Miro prorſus cunctationis fato, quum jam ante plurimos annos ipſi hi duo Codd. a plurimis eruditis Viris ſtudioſe fuerint uſurpati: nam præter communem famam, quæ paſſim de* Joanne Pricæo *ſparſa eſt, ex cujus chirographo plurima exempla facta hic illic hærent, teſtari poteſt una bibliotheca* Iſaaci Voſſii, *mirum in modum gaviſi per tanta temporis ſpatia ſine fructu vel ſuo vel publico incubare theſauro alienis manibus collecto: in ea quippe hæc reperias Græcorum num.* 212. Variantes Lectiones in Polyænum ex MS. Cod D. Joannis Pricæi. *Item,* Conſenſus hujus Codicis in Polyænum cum MS. Cod. Collegii Trinitatis apud Cantabrigienſes, & Variæ Lectiones hujus Polyæni ex MS. Cod. Collegii Trinit. *Item in Mathematicis in* 12. *num.* 23. Polyæni Strategemata cum Caſauboni Notis & Verſione Gr.

Lat.

Lat. Lugd. 1589. Cum MSS. collata, manu Franc. F. F. Junii. *Num.* 24. Polyænus, Casauboni ut sup. quibusdam in locis manu Is. Vossii cum MSS. collatus & emendatus. *Quin & Pater Gronovius jam eodem Cantabrigiensi Cod. in Anglia usus fuerat. Suppeditavit eas nobis perquam humanissime, pro infinita qua flagrat literarum excolendarum cupiditate, qui easdem sua excerpsit manu, Vir Clarissimus, Jacobus Gronovius, præterquam quod Auctoris hujus edendi primus nobis idem extiterit auctor: quare etiam, si quid nitoris Polyæno ex Codd. hisce accesserit; accessit autem absque illis parum, id omne huic Viro acceptum referre debes. Quisquis vero editionem hanc cum priori contulerit, multa horum Codd. auxilio hic emendata, multa postliminii jure Auctori suo restituta, multa denique eidem sarta tecta conservata inventurus est. In contextum vix quidquam recepimus, nisi vel utroque Cod. nostro, ut & eo, sive iis, quibus præter corruptum illum suum usum se in Notis testatur Casaubonus, nec non Interprete, qui & Codicis vicem sæpe supplevit, vel minimum uno ex nostris, addicentibus. Codices vero quos citat idem, quales vel unde fuerint vellem aperuisset Vir Magnus, cum in sua ad lectorem adloquutione, priore illo suo tantum fuisse instructum queratur, nisi fortassis inter illos is habendus sit, quem in Notis ad* Æneam, *quem tamen diu post* Polyænum *publicavit, a Viro Cl.* Jacobo Bongarsio *sibi concessum citat. Conjecturis raro quid datum, nisi manifestis, & quas*

vel

vel cuivis facillime probatum iri habebam persuasissimum. Decreveram quoque, Casauboni *usus consilio*, *novam* Polyæno *adornare versionem*, *sed quia* Vultejum *optimo usum Codice* (*quem utinam Græce dedisset, multis certe partibus melius* Polyæno *isset consultum*) *postea deprehendi*, *plurimisque in locis vulgato textu Græco*, *quem dedit Casaubonus*, *auctiorem*, *& cum nostris plurimum consentientem*, *mutavi consilium*, *eamque ad firmandam Codd. nostrorum auctoritatem retinui. Vitia pleraque in eadem notare*, *cum Græcis enim ubique non comparavi*, *quod ea tantum quam purissima dare esset propositum*, *habui satis. Cum multa in versione a* Tornæsio *immutata testetur* Casaubonus, *undique ipsam* Vulteji *editionem conquisivi*, *ut quænam Vultejo*, *quæ vero debeantur Tornæsio*, *liquido constaret*; *sed frustra*: *unde forte acciderit*, *ut* Vultejo *tribuerim*, *quæ eidem non erunt imputanda. Ne quid autem ex priori editione desideraretur*, *quæcumque in ea continebantur*, *fideliter hic expressa reperies. Denique*, *ut quam pauciſſima huic editioni deessent*, *Indicem quoque*, *quod in priore is erat imperfectissimus*, *novum in tuum commodum concinnavi. Hæc sunt*, *quæ nescius ne esses volebam. Tu iis fruere & vale.*

No-

Nobilissimo, generosissimoque

VIRO,

PHILIPPO MORNAIO,

PLESSIACI DOMINO, &c.

IS. CASAUBONUS

S. D.

Interea dum horribilis illa tempestas sævit, vir Nobilissime, quæ miseram nostram Galliam tot jam annos concutit: nos, quibus ἀνδρὶ πολιτικῷ ἔργα, quod unum possumus, precibus ad Deum Opt. Max. pro Reipublicæ, & bonorum omnium salute, dies noctesque excubamus: doloremque nostrum, quem ex hac tanta rerum omnium perturbatione summum, pro eo ac debemus, percipimus, quibuscunque rationibus possumus, lenire ac minuere conamur. Quam ad rem quantum litterarum studia valeant, ii demum mihi videntur posse ignorare, qui aut earum suavitatem nunquam degustarunt: aut rei adversæ periculum nullum unquam fecerunt. Itaque, qui a natura ita comparati essemus, ut sine litteris vitam nullam vitalem putaremus, ac ne optaremus quidem: nunc multo etiam magis in litteras nos abdimus, iis vacamus, iis nos totos dedimus. Hac ratione quantum alii proficiant, nescio: nos quidem, si nihil aliud, hoc certe consequimur, ut animus interea noster a cogitatione tantorum malorum avocatus, & litterarum dulcedine recreatus, laxamenti aliquid capiat, & novas vires colligat, quibus par esse tantis ærumnis, atque adeo eas vincere & superare ferendo possit. Quum autem amplissimus sit litterarum campus, visum est nuper, gravioribus studiis intermissis, eorum librorum lectione animum recreare, qui convenientissimum his temporibus argumentum complecti videbantur: eos potissimum intelligo, qui de re militari Græce ab eruditissimis olim viris conscripti fuerunt: quorum pars alia, eaque maxima, pridem est quum fuit: pars adhuc in privatorum bibliothecis, aut omnino, aut ex meliore sui parte delituit. Nos vero, qui eorum aliquot, dum præ desiderio bene de litteris & litteratis hominibus merendi, omnia satagimus, tandem adepti sumus, quorum alii nunquam usque adhuc editi fuere, alii vero non nisi Latine: quum ex eorum lectione voluptatem haud parvam cepissemus, faciendum putavimus, ut optimi auctores, & doctorum hominum votis sæpenumero

mero expetiti, noſtra opera in publicum tandem prodirent. Eorum e numero eſt, is, qui tibi nunc a nobis, Vir Nobiliſſime, offertur, POLYAENVS: ſcriptor antiquus, elegans, acutus, eruditus, &, quod ad rem facit, haudquaquam ἀπειρόλημπτος: ſed qui utramque militiam, (ſagatam, inquam, & togatam,) ſecutus eſt. Is præclara imperatorum ac ducum facta, Græcorum, Romanorum, Barbarorum, non quidem omnia: ſed ea tantum, quæ proprio nomine ſtratagemata nuncupantur, octo libris eſt perſecutus. Quod argumentum quum apud Latinos quoque Frontinus auctor non ignobilis tractare inſtituerit, ſi quis hos duos ſcriptores inter ſe comparet, facile intelliget, quam ſint Græci, quicquid ſuſceperint, in eo tractando & uberiores & diligentiores Romanis. Accedit huc ſermonis elegantia, quam Græcus noſter longe majorem habet: non linguæ tantum bono & prærogativa quadam, ſed ſtudio etiam & induſtria partam. Fuit enim Polyænus orator & patronus cauſarum apud Impp. Antoninum & Verum: quas partes qui obiret, eum oportuit non leviter litteris tinctum fuiſſe, & in oratoria facultate haud mediocriter exercitatum. Hunc igitur ſcriptorem, Græce nunc primum a nobis editum, ac locis pæne infinitis emendatum, auſi ſumus ſub tutela nominis tui evulgare, & de tuo ſplendore lucem illi parum adhuc in vulgus noto, parare. Non enim dubitamus, quin, ſi probari is tibi potuerit, etiam reliquis omnibus, in quorum ille cumque manus veniet, gratus ſit futurus. Nam quem alium quiſquam potius quam te harum rerum æſtimatorem ac judicem deſideret? aut cujus ego patrocinium Polyæno meo potius quam tuum conciliem? Si enim rei militaris ſcientia quæritur, ecquis eſt, non dicam in noſtra Gallia, ſed apud exteras nationes, qui ignoret, qua prudentia tu bellicas res adminiſtrare, quantaque alacritate animi præliorum adire pericula ſoleas? quam fortiter in iis te geras? Si litterarum, & ejus linguæ cognitio, qua Polyænus loquitur: tu vero unicus pæne es ex omni nobilitate Gallica, qui ſtudia Muſarum cum Marte ſerio conjunxiſti: quique ſtudia tua non ad oblectationem animi tantum, quod pleraque hodie nobilitas facere amat: ſed ad graviſſimarum rerum ſcientiam, & ad ſcrutanda religionis myſteria retuliſti. Cujus quidem elegantiſſima, & graviſſima ſcripta eruditiſſimi quique ſtudioſe, nec ſine admiratione recondituæ cujuſdam, doctrinæ, legunt. Taceo ſingularem prudentiam tuam, quæ pari cum charitate patriæ conjuncta, in omnibus tuis ſapientiſſimis conſiliis eluceſcit. Taceo reliquas virtutes tuas, quibus ita te præſtantem natura finxit, ut omnium, etiam invidorum, judicio, paucos noſtra hæc ætas ferat, qui tecum comparari poſſint: neminem qui tibi jure queat in contentione virtutis anteponi. Macte animi Vir Maxime: hæc vera, hæc germana eſt nobilitas, qua mortales

les in his terris ad cæleſtium naturam quam proxime accedunt: hæc vera via, qua in cælum & ad aſtra poſt hanc vitam itur. Quod ſupereſt, peto a te etiam atque etiam, ut munuſculum hoc, dignitati quidem tuæ longe impar, ſed ab eo profectum qui tuas virtutes eximias omnium maxime admiretur, hilari vultu pro tua humanitate accipias. Hoc ſi me a te impetrare ſiveris, cum mei me voti compotem reddideris, tum etiam effeceris, ut ego tua auctoritate confirmatus, nullius obtrectatoris calumniam poſthac extimeſcam. Vale. Ex muſeo noſtro, Kal. Decemb. CIↃ. IↃ. LXXXVIII.

LECTORI CANDIDO.

Polyænum *Macedonem scriptorem antiquum & elegantem, nostro tandem beneficio, benevole lector, habes: beneficio, inquam, nostro: qui etsi in privatos usus magno ære eum nobis comparaveramus, tamen quum haud æquo animo pateremur, tam eleganti scriptore tamdiu te carere, libenter fecimus ut occasionem hanc bene de tuis studiis merendi arriperemus, & præclarum scriptorem prtmi omnium in vulgus edere occuparemus. Ecce igitur eum tibi, non nostra tantum liberalitate e tenebris eruntum: sed nostra etiam industria haud mediocriter adjutum. Nam qui nobis ita ἠλικίᾳ βρύων fuisset traditus, ut nec pes in eo, nec caput, nec ulla totius corporis pars sana supereſſet: eum nos tibi exhibemus vulneribus pæne infinitis aut sanatis, aut certe obligatis, pulchriorem multo, & longe suaviorem quam nos simus eum experti. In quo recensendo non dicam quantum nobis fuerit laboris sustinendum: hoc certe fuit nobis iste labor, etsi paucorum admodum dierum, molestior, quod ita primum ad eum accesseramus, quasi animum casu miserrimæ patriæ mœstum, & curis confectum, voluptate aliqua recreaturi, non nova ulla cura essemus cruciaturi. Semel tamen susceptum negotium, qua potuimus industria, diligentia haud mediocri, fide vero maxima, gessimus, curavimus, confecimus. Multa nos suo loco ab imperitis librariis mota in suas sedes revocavimus, multa confusa quæ erant distinximus, multa corrupta emendavimus. multa dico? imo pæne omnia: nam quid noster Codex habuit aut non distortum, aut non luxatum, aut accepto vulnere aliquo non aspectu fœdum? adeo nihil Polyæno nostro adversus vim & injuriam librariorum sua stratagemata profuerant. Diceres ex Allienſi aut Variana clade eum effugisse. Porro quæ videbantur ancipitis esse emendationis, nec facile ex vestigiis litterarum posse emendari, aut omnino etiam sine meliori libro non posse, ea nos in Notarum libellum retulimus: ubi quid nobis de iis videretur, breviter, ut oportuit, & sine ulla ambitione exposuimus: aliis etiam scriptoribus non raro lucem attulimus, prout eorum loci mendo aliquo in simili historia affecti, sponte sua se nobis offerebant. Unum adhuc restabat: ut cujus nomine λύτρα pependissemus, cujus etiam vulnera maxima ex parte sanassemus, eidem in publicum prodituro, vestem quoque novam, hoc est, Latinam interpretationem daremus: quod etsi nobis haud ita difficile fuisset præstare, tamen qui & otio omnium minime abundaremus, & sciremus χρόνον esse ἀνάλωμα πολυτελέστατον, Polyænum jussimus hac nostra liberalitate esse contentum: ne nobis bonæ horæ, quas aliis studiis destinamus, in eo negotio perirent: & ne multis, quibus magnum hoc videbitur, occasionem præriperemus laudis parandæ ex novæ ejus versione: aut, si malint, ex Vultejanæ interpretationis*

his emendatione. Mihi nunquam hoc fuit propositum, ut ex librorum Græcorum, historicorum præsertim, versione in Latinum sermonem, multo minus ex earum versionum, quæ ab aliis essent profectæ, emendatione nomen mihi pararem: quod neque admodum arduum fuit nobis, quoties libuit experiri, neque palmarium unquam judicavimus, aut dignam omnino rem, in qua, quod superest nobis ex gravissimis nostris occupationibus otii, collocaremus. Quare desinant obsecro doctissimi viri de nobis conqueri, quod superiore anno quum Strabonem nostrum ederemus, peccata interpretis non simus sigillatim omnia persecuti: qui si factum id ita interpretantur, quasi non essent illa a nobis animadversa, ne illi nos non norunt: qui profecto si id egissemus, & quæ illi notant, & alia quamplurima, quæ non omnes fortasse vident, notare nullo negotio potuissemus. Sed num quæso inique faciunt, qui plus a nobis exigunt, quam nos polliceamur? Emendare enim & commentari Strabonem fuit nobis propositum: non interpretis peccata notare: quod si quando a nobis factum (& factum sane, cum ante in Strabone, tum in Polyæno nunc,) alia causa fuit: nempe si quid ea res faceret ad lectionis veritatem. Jam quod alio loco iidem summi viri annotationem quandam nostram ad quartum Strabonis tot machinis labefactare conantur: nisi tamen aliud proferant, nunquam consequentur, ut in ea vel unicum apicem censeam mutandum. Ipsi sane si totam illam nostram annotatiunculam perlegissent, non commisissent, ut qui omnia in iis admirer, candorem tamen in hac ipsorum responsione desiderare possem. Sed hæc plenius alias. At morosos istos (non jam te alloquor magne Belga) & iniquos alienæ industriæ æstimatores, nunquam tanti faciam, ut responsione dignos putem. Scilicet urit eos, quod nos ea ætate (vix dum enim vigesimum octavum ætatis annum eramus ingressi quum Strabonem edidimus) conati simus palmam illis præripere, ad quam ipsi per tot lustra ac decadas annorum contendebant. Atqui, quod eos magu etiam urat, si Deus fautor unicus studiorum nostrorum, vitam & otium suppeditet, faciemus profecto, ut intelligant, nos ad poliendum & perficiendum opus, quod temporum iniquitas nobis invitis extorsit, eorum opem non admodum desiderare. Redeo ad Polyænum: in cujus versione si quid mutatum reperies, (reperies autem multa) id omne Joanni Tornæsio nostro acceptum feres: qui quicquid typis suis mandat, id ut quam emendatissimum, & quantum in ipso est, omnibus numeris absolutum exeat, eniti solet. Nobis satis fuit, ex cimeliis nostris depromptum auctorem, qui usque adhuc latuerat, candide tecum communicare: & eum quidem, quoad eius fieri potuit, quam emendatissimum. Tu lector, si æquus es, factum nostrum, (etiam si quid a nobis in hoc negotio admissum fuerit) bene interpretaberis, & muneris nostri editioni favebis: vel eo saltem nomine, ut ad reliqua evulganda, quæ penes nos sunt, reddas nos alacriores. Quod si aut ab ingenio, aut ab otio, aut a libris melius es instructus, age, curriculum ingredere: reperies ἀνταγωνιστὴν, qui superari in hoc certamine adeo non molestе ferat, ut etiam optet. Tu modo ne tibi, ne nobis desis: en lampada tibi trado. Vale. Ex museo nostro Kal. Decemb. CIↃ. IↃ. LXXXVIII.

IN

POLYÆNUM STRATAGEMATUM

Scriptorem Græcum, Is. CASAUBONI *ope ex tenebris in lucem editum*,

CARMEN.

Unde nunc Græcus superas revisit
Redditus luci Polyænus auras?
Unde custodem Stygii fefellit
Liminis atrum?
Ecce pallentes Erebi tenebras
Artium fugit veterum peritus,
Quas duces olim docuit superbis
Clarus in aulis.
Vel redit tandem miserante parca
Perpetes doctæ gemitus catervæ,
Et tuos, Grajis CASABONE Musis
Grate labores.
Sic lyra dulcem modulante tristi
Næniam, justisque Hecaten querelis
Movit, & charam Eurydicen recepit
Thracius Orpheus.
Fallor: haud nigras Acherontis ante
Mortuus vidit Polyænus umbras.
Ter trium mitis vetat interire
Turba Sororum
Laude quos virtus decorat perenni,
Quos beant vires genii benignæ,
Et quibus semper virides opacant
Tempora lauri.
Sed diu cæcis latitans cavernis
Pavit ignotus tineas inertes,
Et situm tristem tulit indecoro
Pulvere tectus:
Sæculi quum Barbaries prioris
Artibus movit fera bella claris,
Et furens totum voluit per orbem
Perdere Musas.
Ille tam sævi metuens pericli,
Abditus claustris latitaret usque,
Et putri turpes carie puderet
Tollere vultus:
Sed tuis tandem CASABONE prodit
Sumptibus liber, tetricosque linquens
Carceres, docti nitet expolitus
Pumicis arte.

Nunc

Nunc ducum Graja memorare voce
Bellicas laudes, simul & dolosi
Abditos sensus referare Martis
Te duce gestit.
Perge sic claræ veterum libellos,
Quos situs squalens premit, & tenebræ
Nunc tegunt densæ, retinentque vincla,
Reddere luci.
Sic tibi Musæ faveant benignæ,
Sic placens te Phœbus amet, tuique
Posterа semper niteant labores,
Laude recentes.

JOANNES JACOMOTUS BARRENSIS.

AD IS. CASAUBONUM SUUM,

De Polyæno post Strabonem Græce nunc primum ab eo edito.

Armatos inter Gradivi patris alumnos
Musarum passim muta corona filet:
Arma tamen chartis jungens POLYAENUS, in armis
Efficit ut mediis Musa canora sonet.
Quæque prius tacuit, loquitur nunc, inter & arma
Effundit Grajos Ausonioque sonos.
Hoc tu, ISAACE, facis: lucemque dedisse Straboni
Non satis est, mutis das simul eloquium.

A. FAYUS.

IN POLYÆNUM.

Ἑλλάδικῶν Χαρίτων τι * .... κλέος ὤλισθεν αἰὼν
Βαρβαρικῆς ἰφάδι συχνὰ ὑπερχομένης.
Ἐμπὶς ἐν βιβλίοις κεῖται πάτρ' ὅσσα ἴριξαι
Ῥωμαίων ἠὲς, ἢ Δαναοὶ μάχαρες.
Πάντα δ' ἐν ταύτῃ τῇ βίλτῳ ὅλσιε δῆεις
Ἔργματα Ῥωμαίων, ἢ Δαναῶν καμάτους.

* Deest πάλιν, aut καλὸν, vel πρὶν.

IDEM,
INTERPRETE JO. HESYCHIO.

Græcarum laudem Charitum deperdidit ævum,
Barbaris numero corripiente gradum.
Attamen in libris latet hoc, quodcunque patrarunt
Seu geniti Æneadum sanguine, seu Danaum.
Quin, o, repperies, felix, parvo omnia libro,
Romaque quæ fecit, Græcia quæque tulit.

Τὸν

Hæc insunt in primo libro Polyæni Stratagematum.

Διόνυσος, στρατηγήματα	γ	*Bacchus, stratag.*	3
Πᾶν	α	*Pan*	1
Ἡρακλῆς	ε	*Hercules*	5
Θησεύς	α	*Theseus*	1
Δημοφῶν	α	*Demophon*	1
Κρεσφόντης	α	*Cresphontes*	1
Κύψελος	α	*Cypselus*	1
Ἕλλης	α	*Helnes*	1
Τήμενος	α	*Temenus*	1
Προκλῆς	α	*Procles*	1
Ἀγέης	α	*Agnes*	1
Θεσσαλός	α	*Thessalus*	1
Μενέλαος	α	*Menelaus*	1
Κλεομένης	α	*Cleomenes*	1
Πολύδωρος	α	*Polydorus*	1
Λυκοῦργος	γ	*Lycurgus*	3
Τυρταῖος	α	*Tyrtæus*	1
Κόδρος	α	*Codrus*	1
Μέλανθος	α	*Melanthus*	1
Σόλων	ϛ	*Solon*	2
Πεισίστρατος	γ	*Pisistratus*	3
Ἀρίστογείτων	α	*Aristogiton*	1
Πολυκράτης	β	*Polycrates*	2
Ἰστιαῖος	α	*Istiæus*	1
Πιττακός	α	*Pittacus*	1
Βίας	α	*Bias*	1
Γέλων	γ	*Gelon*	3
Θήρων	ϛ	*Theron*	2
Ἱέρων	β	*Hieron*	2
Θεμιστοκλῆς	ζ	*Themistocles*	7
Ἀριστείδης	α	*Aristides*	1
Λεωνίδας	γ	*Leonidas*	3
Λεωτυχίδας	α	*Leotychides*	1
Κίμων	β	*Cimon*	2
Μυρωνίδης	β	*Myronides*	2
Περικλῆς	β	*Pericles*	2
Κλέων	α	*Cleon*	1
Βρασίδας	ε	*Brasidas*	5
Νικίας	δ	*Nicias*	4
Ἀλκιβιάδης	θ	*Alcibiades*	9
Ἀρχίδαμος	ε	*Archidamus*	5
Γύλιππος	β	*Gylippus*	2
Ἑρμοκράτης	β	*Hermocrates*	2
Ἐτεόνικος	α	*Eteonicus*	1
Λύσανδρος	ε	*Lysander*	5
Ἄγις	α	*Agis*	1
Θρασύλλος	β	*Thrasyllus*	2
Κόνων	ε	*Conon*	5
Ξενοφῶν	δ	*Xenophon*	4

Τίλος. Τ πίναξ.

ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ
βιβλίον πρῶτον.

POLYAENI
STRATAGEMATUM
LIBER PRIMUS.

Justo Vultejo interprete.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Victoriam contra Persas ac Parthos, sanctissimi

Τὴν μὲν κατὰ Περσῶν καὶ Παρθυαίων νίκην, ἱερώτατοι βασι-

Τάδε ἔστιν ἐν τῷ α τῶν Πολυαίνου Στρατηγημάτων.] Ita reposui ubique ex codice Florentino: & sic reperisse videtur Interpres in illo, sive illis, quibus usus est. Ante legebatur: Τῶν τὸ σοφωτάτου Πολυαίνου Στρατηγημάτων βιβλίων ἐκτὸν, πέμπτον τὸ α. In codice Florentino sequentia hæc ex Indice nomina non conspiciuntur, qualia sunt: Ἀγήνωρ, Κλεομένης, Κόνων, Πολυκράτης, Πίτακος, Βίας, Θίρων, & Γίρων.

Κλίων α'] Inter hunc & Βρασίδαν locat Florent. Θεόδωρ. α. Male: est quippe unius strategema.

1 Πολυαίνου στρατηγημάτων ἐκ τῶν αὐτοῦ βιβλίων πεντεκαίδεκατον ἐκτὸν τὸ πρῶτον] Hæc est lectio quam in nostro codice reperimus. Ubi discrtè ἀπὸ scriptum est. Videtur vero hæc ἐπιγραφὴ non à Polyæno, sed ab aliquo recentiore Græco, qui hos libros transcriberet, ita fuisse concepta. Confundit enim recens Ἑλλὰς usum duorum casuum, secundi ac tertii: ut millies in eorum scriptis, quæ penes nos sunt, observavimus. Polyæni autem & eorum, qui puriùs loquuntur, consuetudo, ἀπὸ magis probaret: &, ἐκ τῶν ἀπὸ πεντεκαίδεκα ἐκτὸν βίβλ. potius quàm ἐκ αὐτοῦ βιβλ. πεντεκ. ἑκτόν. *Casaubonus.*

Πολυαίνου Στρατηγημάτων βιβλίον πρῶτον] Ita restitui ex Cantabrigiensi & Interprete. Vulgata: Πολυαίνου Στρατηγημάτων ἐκ τῶν αὐτοῦ βιβλίων πεντεκαίδεκα ἐκτὸν πρῶτον. In Florent. legitur: Πολυαίνου Στρατηγικῆς. Cantabrigiensis quoque pro Στρατηγημάτων habet Στρατηγικῶν, non solum hic, sed ante singulos libros: quo nomine citatur etiam hoc opus Anony-

βασιλεῖς Ἀντωνῖνε καὶ Οὐῆρε, θεοὶ τῶν θεῶν ἔξεισε, καὶ θεοὶ τὴν [3] ὑμετέρας ἀρετῆς, καὶ θεοὶ τὴν Ῥωμαίων ἀνδρείας, μεθ' ὧν αἰεὶ, καὶ πάλαι, καὶ νῦν εὐώθαστε νικᾶν τὰς ὑπαρχούσας πλέμυς, καὶ μάχας· ἐγὼ δὲ Μακεδὼν ἀνὴρ, ἔχων πάτριον τὸ κρατεῖν Περσῶν πολεμούντων δύναδαι, οὐκ [4] ἀσύμβολον

imperatores Antonine & Vere, Dii vobis præstabunt, & vestra virtus, ac Romanorum fortitudo, cum quibus semper tum præterita, tum etiam præsentia bella, prælia que fœliciter confeciſtis. Ego verò natione Macedo, cui à majoribus quasi permanus traditum est, superare

ὑμῖν

nonymo De Incredibilibus cap. XI. οἷσι Παιόν (quod ex Nostro descriptum) Φησὶ Πολύαινος ὁ τῶν Στρατηγικῶν, ὅτι σφῶτος τάξιν εὗρε. Adeo ut duplex videatur hujus libri titulus, Στρατηγικὰ, & Στρατηγήματα, vel ab ipso Auctore, vel ab aliis: cum enim utrumque nomen operi conveniat, Polyænus videri potest dubitasse, quo potissimum nomine illud indigitaret, & nunc illud dixisse Στρατηγήματα, nunc Στρατηγικά. Dicit enim paullo post: τῆς στρατηγικῆς ἐπιστήμης ἰδέαν ταύτὴ σφετέρισε. Similiter in titulo operis sui variatum Solino, qui priorem editionem COLLECTANEA RERUM MEMORABILIUM inscripsit; posteriori vero titulum dedit, POLYHISTOR. unde etiam utroque nomine Veteribus laudatur. De quo vide Salmasium in Plinianis Exercit. Similis varietas conspicitur apud Veteres in titulo Palæphati, Περὶ ἀπίστων ἱστορίων. Titulum tamen Polyæni, qui erat in edito, retinui, quia vulgata in singulorum librorum præfationibus scriptura, qua Auctor dicit se Στρατηγήματα Imperatoribus, Antonino & Vero, offerre, MSS. auctoritate firmetur. Quæ autem sit differentia inter Στρατηγικὰ & Στρατηγήματα, discе ex Frontino lib. IV. in præfat.

2 Παρθυαίων] Cantabr. Παρθυίων. sed vulgata alibi reperitur: Παρθυαῖς dubito an extet.

3 Ὑμετέρας ἀρετῆς] Vulgata, errore, ut videtur, typorum, ἡμετέρας. Cantabr. pro ἀρετῆς, legit, ἀρχῆς. Male: ut enim Auctor ait: νίκᾶν τὰς ἐφ' ἡμῶν ἴξοντα, καὶ θεοὶ τῆς ὑμετέρας ἀρετῆς, καὶ θεοὶ τὴν Ῥωμαίων ἀνδρείας, similiter *Camillus* apud Livium lib. V. cap. 20. scripsit Senatui: *Deum immortalium benignitate, Suis consiliis, & patientia militum, Vejos jam fore in potestate populi Romani, quid de præda faciendum censerent. Adherbal* apud Sallustium Bello Jugurth. cap. 14. *Virtute, ac diis volentibus, magni estis & opulenti.*

4 Ἀσύμβολον] Cantabr. ἀσύμβλητον, sed Vulgata rectè: est enim ἀσύμβολον proprie, qui nihil ad ἰσχύν, sive δύναμιν, τὸ συμβολὰν confert. Eustathius ad Homerum, Iliad. Π. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεκτικὸν, οὐ κοινῶ Ἡσίοδῳ ἴσον. ἴσι δὲ πεῖραν ὁ ἀγὼν, ἐν ᾧ συνίσαλλον ἴσχυσε τὸ πρὸς ἰσχὺν εἰς χρείαν συμβεβηκὸς συμβολιμαῖον. ὡς ὅταν μὴ πεῖρας ἀσύμβο-

λος

Persas belligerando posse, non prorsus immunis & inutilis in præsenti tempore vobis esse constitui. Quòd si mihi corpus vigeret, militem etiam me alacrem & obedientem præberem, & Macedonico robore uterer: postquam verò me jam ætate confectum esse cernitis, tamen non committam, ut expers omnino militiæ relinquar. Sed hæc subsidia rei militaris adfero, quibus Stratage-

ὑμῖν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ ἡμέας βέλομαι. ἀλλ' εἰ μοὶ ἤκμαζε μοι τὸ σῶμα, καὶ στρατιώτης ἐθέλοντα ἂν ἐγὼ μέλω Μακεδονικῇ ῥώμῃ χρώμενος. ἐπεὶ δέ μοι γῆρας ἐπῆκται τὴν ἡλικίαν ὁρᾶτε, ἀμελῶ δὲ ἐγὼ αὐτοῦ παντάπασιν οὐκ ἀπολείπομαι· ἀλλὰ τὰ στρατηγικῆς ἐπιστήμης ἐφόδια αὐτὶ παρέχω, ὅσα τὰ πάλαι γέγονε στρατηγήματα ὑμῖν τινα αὐτὸς πολλὰ ἐμπει-

λος ἐλέγετο ἀπὸ τοῦ σαπεὶς διεπτεῖσθαι καὶ ἐξαπᾶσθαι. Verum inde eleganter transfertur ad res animi. Idem Eustathius ad Iliad. Ξ. Λέγεσι δὲ ξυμβαλέσθαι, καὶ τὸ λυπηθῆναι· ὅθεν ἀσύμβολος, ὁ εἰς μηδὲν χρήσιμος. & ad Odyss. Α. Ἀνὴρ ἀσύμβολος οὐδὲ τῷ Ἀγαμεμνονίδῃ Ἀλεξάνδρῳ, οἱονεὶ δυσεπίτευκτος, καὶ ἀπαίσιος. ἢ καὶ ἄλλως ὁ ἀσυμπλήρωτος· ἐκ τοῦ συμβάλλεσθαι τὸ εἰς ἀτέλειαν. Proverbii locum apud Latinos quoque obtinuisse innuit Gellius lib. VI. cap 13. *Cum domum suam nos vocaret, (Taurus) ne omnino, ut dicitur, asymbolos veniremus, conferebamus ad coenulam non cupedia ciborum, sed argutiis quæstionum.* Componitur vox ἀσύμβολος ex α & συμβολὴ, quæ notat collationem eranitæ ad convivium; non vero ex α & σύμβολον, quæ anulum, vel quidvis arrhæ loco solitum dari ei sodalium, qui jubebatur cœnam parare. ut docet Casaubonus ad Athenæum lib. III. Cui addo alium ejusdem locum e lib. VIII. Μάτριν δὲ τὸν ἐξ

τοῦ ἀπὸ συμβολῶν καλούμενον; τίνες δ' εἰσὶν αἱ συμβολαὶ αὐτὸς Ἀλκαῖος ἐν Μασσαγετοκτόνῳ σημαίνει λέγων τάδε,

Ἥξει φέρουσα συμβολὰς τοίνων ἅμα.

Πῶς συμβολάς; πᾶς τανίας οἱ Χαλκιδεῖς,

Καὶ τὰς ἀκλεάστους συμβολὰς καλοῦσι γραῦς.

Ἀργεῖοι δ' ὡς ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φησιν Ἡγήανδρος χῶν ἐκάλεν. γεφυρὰ δ' ἔστω, τὼ συμβολὼ, τὼ εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῶν πινόντων εἰσφερόμενα Ἀργεῖοι χὼν καλοῦσι· τὼ δὲ μιρίδε ἀλσαν. Leviter in hac voce corruptus Pollux lib. VI. cap. 1. in quo pro συμβολαὶ legendum συμβολῶν, hoc modo: ἀσύμβολοι, ἀπὸ συμβολῶν. Videndus denique de hac voce Henr. Stephanus De Abusu linguæ Græcæ cap 1.

5 Τ' μῖν τι ἢ αὐτὸς πολλὰ ἐμπεφυκὼς παλαιῶν ἔργων] Deest aliquid manifesto, puta, παρεσκεύασα, aut tale quid. *Casaubonus.*

Τ' μῖν τι αὐτὸς] Ita lego cum MSS. eodem modo loquitur Auctor infra

ἐμπειρίαν παλαιῶν ἔργων, [6] τῆς τε ὑφ' ὑμῶν πεμπομένοις πολεμάρχοις, ἢ στρατηγοῖς, ἢ μυριάρχοις ἢ χιλιάρχοις, ἢ ἑξακοσιάρχοις, [7] ἢ ὅσαι ἄλλαι ὁπλιτῶν ἀρχαί, διδασκομένοις ἀρχαίων καταρθωμάτων ἀρετὰς καὶ τέχνας· ἀνδρεία μὲν γὰρ, [8] ἧς τις ἀλκῇ χρησάμενος πολεμίων μαχομένων ἐκράτησεν· εὐβουλία δ', ἀμαχεὶ τέχνῃ καὶ δόλῳ [9] περιγενέσθαι, [10] ὡς ἔστι πρὸ-

matis veteres usi sunt, quæ copiosam scientiam rerum priscis temporibus gestarum, tum vobis ipsis suppeditent, tum etiam missis per vos belli principibus seu ducibus, seu myriarchis, seu millenariis, seu sexcenturionibus, seu quæcumque alia sunt officia bellica, cum perspicient veterum consiliorum & eventuum virtutes atque artes. Fortitudo enim est, si quis robore pugnantes hostes devin-

τη

in proœmio lib. VII. Vulgata: ὑμῖν τι καὶ αὐτοῖς.

Πολλὰ ἐμπειρίαν, &c.] Viderit Appositio, & respici ipsa, ut verba, ὅσα τῶν πάλαι γέγονε στρατηγήματα sint in parenthesi. Sic infra hoc libro cap. 1. exemp. 1. Τὰ δὲ πρῶτα ἐκάλεσε Μαρὸν, τὰ δὲ αὐτῷ χωρίσιμα ὑπομνήματα. & cap. 7. Ξέπια παρ' ἡμῶν τὰ ὁπόσα ἔχει. & alibi.

6 Τοῖς τε ὑφ' ὑμῶν πεπομφόσι.] Scriptum erat vel sic, vel πεποιημένοις. Prorsus male. Vera lectio πεμπομένοις, ut in præfatione libri septimi ubi locus est huic simillimus. Sic quoque Interpretis codices. *Casaubonus.*

Τῶν ὑφ' ὑμῶν πεμπομένοις.] Sic edidi cum MSS. & Interprete, assentiente quoque Casaubono. Ante legebatur: ὑφ' ὑμῶν πεποιημένοις. Florent. pro ὑμῶν, ἡμῶν. Lectionem Codicum firmat locus Auctoris similis lib. VII. in præfat. Ὃς τι καὶ τοῖς τῶν ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ τοῖς ὑπ' ὑμῶν πεμπομένοις τοῖς ἡμιόχοις, ὁρῶσι ἂν ἀναγκαίως μὴ κραταιρεῖν ὡς κινδύνου.

7 Ἢ ὅσαι ἄλλαι ὁπλιτῶν ἀρχαί.] Si ita scripsit, ὁπλίτας appellat non ebs tantum qui hic proprie appellantur, quibus opponuntur velites ci ψιλοί. sed generaliter omnes qui versantur in castris, & circa τὰ ὅπλα. *Casaubonus.*

Ἢ ὅσαι ἄλλαι ἐπλί των ἀρχαί.] Uterque Codex: ὅ σαι ἄλλων ὁπλων ἀρχ.

8 Ὃς τις χρησάμενος πολεμίων μαχομένων ἐκράτησεν.] Deest verbum hic quoque. Legere potes ὃς τε βια χρησ. vel ῥώμῃ cum Interprete. *Casaubonus.*

Ὃς τις ἀλκῇ χρησάμενος.] Vocem ἀλκῇ ex MSS. supplevi, cum quibus consentit Interpres.

9 Περιγενέσθαι.] Uterque Codex: περιγίνεσθαι.

10 Ὡς ἔστι πρὸ τῶν θείων στρατηγῶν σοι.] Vegetius libro tertio cap. nono penè ad verbum, *Boni duces*, inquit, *non aperto marte prælium, in quo est commune periculum, sed ex occulto semper attentant: ut integris suis quantos possint hostes interimant certe vel terrentes.* Casaubonus.

11 Ἐν-

cit: consilium verò, extra prælium arte atque dolo victoriam adipisci. Prima enim est egregiorum ducum sapientia, victoriam sine periculo comparare. Optimum verò est, etiam in ipsa acie quiddam machinari, ut consilio præveniente finem prælii, victoria paretur. Id mihi etiam Homerus consulere videtur: Cum enim sæpenumero dicat, *seu dolo, seu vi*, nihil aliud præcipit, quàm artibus & stratagematis adversus hostes uti: sin hæc non succedat, tum verò corporum vi ac robore periclitandum esse.

Primus igitur inter Græcos fallaciis ac dolo usus esse dicitur Sisyphus, Aeoli filius. Testis est Homerus:

τὴ δεινῶν στρατηγῶν σοφία, κλέος τ νίκλω ἀκίνδυνον. ἄμεινον ἢ καὶ τὸ [11] ἐν αὐτῇ τῇ ὡς ἔξ μηχανᾶς, ὅπως ἂν ἡ γνώμη τὸ κρατεῖν ἑαυτῆς ὦτο, περιλαβεῖν τὸ τέλος τ μάχης. [12] Δοκεῖ δ' ἐμοί γε ταῦτα [13] συμβαλέσθαι καὶ Ὅμηρος· ὅταν γὰρ πολλάκις ἄδη, ἢ δόλῳ ἢ εἴπῃ, ἄλλως τε παραγγέλλῃ, ἢ πίναις καὶ στρατηγήμασι χρήσασθαι [14] τοὺς τ πολεμίους [15] εἰ δὲ μὴ ἐν τούτοις ἔχοις, τότε τῇ βίᾳ τ σωμάτων ἐπικινδυνεύειν.

[16] Πρῶτος μὲν πίνων ἐν τοῖς Ἕλλησιν [17] ἀπάτῃ καὶ δόλῳ χρήσασθαι λέγεται Σίσυφος ὁ Αἰόλου· [18] μαρτυρεῖ καὶ Ὅμηρος. [19] Ἔν-

[11] Ἐν αὐτῇ τῇ συντάξει.] Ita scribi curavimus ex MSS. cum quibus convenire videtur Interpres: quamquam & vox σύνταξις, quæ est in Vulgata, eleganter huic loco conveniat.

[12] Δοκεῖ δ' ἐμοί γε] Ita lego cum Florent. Ante: δοκεῖ δὲ μοί γε.

[13] Συμβαλέσθαι καὶ Ὅμηρος.] Sic MSS. & Interpres. Vulgata absque copula.

[14] Κατὰ τοὺς πολ.] Cod. κατὰ τοὺς. Casaubonus.

[15] Εἰ δὲ μὴ ἐν τούτοις ἔχοις.] Imo ἐν τούτοις ἔχοις, ut videatur esse legendum εἰ δ' ἐν τούτοις ἔχοις, nimirum γράφειν. Interpres tamen aliter legisse videtur. Casaubonus.

Εἰ δὲ μὴ ἐν τούτοις ἔχοις.] Vocem μὴ ex MSS. supplevi: in Vulgata quoque erat ἔχοις.

[16] Πρῶτος μὲν &c.] Ante hæc verba Cantabr. tituli loco habet: Τίνες δόλῳ ἐχρήσαντο.

[17] Ἀπάτῃ καὶ δόλῳ χρήσασθαι.] Voces καὶ δόλῳ cum MSS. & Interprete addidi.

[18] Μαρτυρεῖ καὶ Ὅμηρος.] Pro δὲ, quod erat in Edito, cum MSS. reposui καί.

19 Ἐνθαδε Σίσυφος ἔσχεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν. Δεύτερος δὲ ἦ τὸ ἀπατηλὸν ἐζήλωσεν Αὐτόλυκος ὁ Ἑρμεῦ, κλέπτων· καὶ τοῦτο πάλιν αὖ μαρτυρεῖ Ὅμηρος.

20 Παρνησὸν δ' ἐλθόντα μετ' Αὐτόλυκόν τε καὶ υἷας Μητρὸς ἧς πατρὸς ἐσθλόν, 21 ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο

Κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε· θεὸς δέ οἱ αὐτὸς ἔδωκεν Ἑρμείας.

Ἐγὼ ἦ καὶ Πρωτέα τε μεταβαλλόμενον εἰς παντοδαπὰ ζῶα καὶ δένδρα, ἡγοῦμαι 22 ζῶα μὲν καὶ δένδρα οὐκ ἂν ποτε γενέσθαι· πᾶσι μεταβολὰς ἦ αὖτε τε πλανωμάτων ἐμυθοποίησεν Ὅμηρος, 23 ὡς δεινὸν κρατεῖν ἀπάτῃ ὧν ἂν βούληται· τόν γε μὲν 24 Ὀδυσσέα ἴσμεν καὶ ἀλαζονόμενον τῇ σοφίᾳ καὶ δόλῳ.

Ibi erat Sisyphus, qui versutissimus fuit mortalium.

Secundus verò decipiendi studium secutus est Autolycus Mercurii filius, in furtis. Et id quoque testatum facit Homerus:

Quum venisset ad Parnasum, ad Autolicum & filios.

Matris suæ patrem bonum, qui homines superabat

Fraudeque juramentoque: idque ei deus dederat Mercurius.

Ego verò etiam Proteum in omne genus animalia atque arbores mutari solitum, opinor in animalia ac arbores nunquam evasisse: sed ejus fallaciarum commutationes in fabulam redegit Homerus, quòd dolis potuerit superare quemcumque vellet. Ulyssem verò etiam gloriari doli sollertia scimus.

Εἶμ'

19 Ἐνθαδε Σίσυφ.] Uterque Codex male expræcedente voce repetit δέ. Locus Homeri est Iliad. Z. Pro ἐκέρδιστος Florent. contra metrum ὄκ.

20 Παρνησὸν δ'] Ita Florent nisi quod in eo Παρνησσὸν, duplici σ, & Homerus Odyss. T. Vulgata Παρνησσὸν τ'.

21 Ἀνθρώπους ἐκέκαστο] Ita reposui ex MSS. & editis Homeri. Vulgata: ἀνθρώποισι κέκαστο.

22 Ζῶα μὲν καὶ δένδρα] Vocem πολλὰ, quæ in Vulgata inter μὲν & καὶ legebatur, cum Florent. & Interprete expunximus.

23 Ὡς δεινὸν κρατεῖν ἀπάτῃ] Lego δεινὸς. videlicet ὁ Πλάτ. Casaubonus.

24 Ὀδυσσέα ἴσμεν κ. ἀλαζ.] Copulam cum MSS & Interprete inserui. Cantabr. Ὀδυσσία.

25 Ἡπι-

Sum Ulyſſes Laërtiades, qui propter omne genus dolorum
Hominibus innotui: & mea gloria ad cælum pervenit.

Heroës etiam victoriam ei acceptam retulerunt,

Tuo conſilio capta eſt ampla Priami urbs.

Et alibi rurſus alii teſtantur, Ulyſſis *conſilio & induſtria atque arte fallaci* captum eſſe Ilium. Stratagemata verò, quæ uſurpavit adverſus hoſtes, perſæpe celebrat Homerus:

Seipſum plagis indecoris ubi affeciſſet:

transfugiſſe ad hoſtes finxit. Equus etiam ligneus, quem Epeus fabricatus eſt cum Pallade, fuit Ulyſſis ſtratagema. Rectè etiam Nemo, & vinum, torrisque & aries, ſtratagemata poſſunt appellari, contra Cyclopem adhibita. Atque etiam cera ſociorum auribus inuncta, & ipſe rectus ad malum

Εἶμ' Ὀδυσσεὺς Λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν
Ἀνθρώποισι μέλω, καὶ μου κλέος οὐρανὸν ἵκει.

Οἱ δ' ἥρωες καὶ τῷ νίκλω αὐτῷ ἀνήψαν,

Σῇ δ' ἥλω βουλῇ Πριάμου πόλις εὐρυάγυια.

Καὶ ἀλλαχοῦ ἄλλοι πάλιν αὖ μαρτυρέσιν ἀλῶναι τὸ Ἴλιον Ὀδυσσέως

Βουλῇ καὶ μύθοις ᾧ [25] ἠπεροπῆϊ τέχνῃ.

τά γε μὲν στρατηγήματα, οἷς κε τὸ πολεμίων ἐχρήσατο, πολλάκις ἄδει Ὅμηρος.

Αὐτὸν μὲν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας.

αὐτομολῆσαι δὴ ὡς πὺς πολεμίοις ὑπεκρίνατο· καὶ τὸ ἵππον ἢ τὸ δουράτεον, τὸ, Ἔπειθε πίσυνον σὺν Ἀθήνῃ, καὶ τοῦτο στρατήγημα Ὀδυσσέως λέγω. ὀρθῶς δ' ἂν τις καλοῖ καὶ τὸ κῶπην, καὶ τὸ οἶνον, καὶ τὸ δαλὸν, καὶ τὸ κριὸν, στρατηγήματα κατ' ἐξ

Κύκλωπος· καὶ ὁ κηρὸς ἢ [26] τοῖς ὠσὶ τῶν ἑταίρων ἐναλειφό-

25 Ἠπεροπῆϊ] Cum MSS. pro vulgato ὑπεροπῆϊ.

26 Τοῖς ὠσὶ τῶν ἑταίρων ἐναλειτόμενος] Sic rectè: altera verò lectio. Codd. ἀναλειτόμ. falſa eſt. *Caſaubonus.*

λαφόμβρῳ, καὶ αὐτὸς ὀρθὸς ἐν ἱσοπέδῃ δεσμούμενος· καὶ ταῦτα ἐκεῖνος ἐστρατήγει καὶ τὸ ὀλεθρίᾳ μουσικῆς. [27] τί δ' ἂν φαίης τὼ πήραν καὶ τὼ λωχᾶ; καὶ ὅσα ποιεῖς Εὔμαιον, ἢ ποιεῖς τὼ Πηνελόπῃ ἐπλάττετο.

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα·

Καὶ μήτοι καὶ Ἴρῳ παλαίσαι, [28] καὶ ἐκ καπνὸν μεταθεῖναι τὰ ἔπλα τῶν μειρακίων μεθυόντων, ἀπό τε τῶν θυρῶν [29] τὸ τόξον ἐνιέναι. ἆρ' οὐχὶ πάντα ταῦτα ἰῶ καὶ πολεμίων στρατηγήματα; ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἢ ὅσα τοιαῦτα, διδάσκων Ὅμηρος ἀρκείτω. Οἷον δὲ κἀκεῖνο στρατήγημα Ὀδυσσέως οἱ τραγῳδοὶ ᾄδουσι· Παλαμήδει ἐνίκησεν Ὀδυσσεὺς ἐν δικαστηρίῳ τῶν [30] Ἀχαιῶν, ὑποβαλὼν αὐτῷ [31] τῇ alligatus: nam & hæc excogitabat contra pernicioſam Muſicam. Quid verò de pera mendici dicas, & quæcumque erga Eumæum, aut Penelopen finxit?

Fingebat falſa multa, veris ſimilia.

Et quid dicam luctatum eſſe cum Iro, & arma juvenum ebriorum è fumo exemiſſe, atque à janua intendiſſe jaculum? An non hæc omnia fuerunt adverſus hoſtes ſtratagemata? Sed hæc, & quæ ſunt hujus generis, docens Homerus ſufficiat. Quale verò etiam illud Ulyſſis ſtratagema deſcribunt Tragici? Palamedem Ulyſſes in judicio Græcorum vicit, ſubjecto in ejus tabernaculo auro barbarico: & ſapientiſſimus ille Græcorum proditionis damnatus eſt

σκη-

27 Τί δ' ἂν φαίης τὼ π.] Lego: τὸ δ' ἂν φαίη τὼ π. aut φαίης. & ita Interpres. *Caſaubonus.*

Τί δ' ἂν φαίης] Ita MSS. & Interpres. Vulgata φαίη.

28 Καὶ ἐκ καπνὸν μεταθεῖναι τὰ ἔπλα] Conſule Homerum. Intelliges ſtatim quàm bene iſta Interpres extulerit *Caſaubonus.*

29 Τὸ τόξον] Cantabr. κὴ τόξον.

30 Ἀχαιῶν] Cantabr. ἀρχείων.

31 Τῇ πεζεταιρίᾳ αὐτῷ σκηνῇ] MSS. τῷ σκηνῷ.

32 Σωσι-

per dolum ac ſtratagema. Sed hæc ſatis docet Tragicorum ſcena. Quas verò ex hiſtoria res militari peritia contra hoſtes aut inimicos geſtas collegi, eas recenſebo, breviter uniuſcujuſque mentionem attingens. Totum verò opus continet octo libros, ſtratagematum nongentorum, initium ducens à Baccho.

σκηνῇ βαρβαρικὸν χρυσίον καὶ σοφώτατον τῶν Ἑλλήνων σκῆνος ἦλθε σοφοδοσίας, δόλῳ καὶ στρατηγήματι. ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν τραγῳδῶν ἱκανὴ διδάσκειν ἡ σκηνή· ὅσα δὲ τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας ἔργα στρατηγίας ἔχοντα καὶ πολεμίων, ἢ καὶ ἐχθρῶν [32] συνεξελεξάμην, καὶ δὴ τούτων μεμνησόμενος, σύντομον τὴν [33] παρ' ἑκάστῳ μνήμην ποιήσομαι· [34] ἔστι δὲ ἡ πᾶσα σύνταξις βιβλία ὀκτὼ, στρατηγημάτων ἐνακοσίων, ἔχοντα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Διονύσου.

Τέλος τοῦ Προοιμίου.

[CAP. I.]

BACCHUS. ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

BAcchus cùm adverſus Indos expeditionem faceret, ut eum civitates reciperent, perſpicuis ac

[1] Διόνυσος ἐπὶ Ἰνδοὺς ἐλαύνων, ἵνα δέχοιντο αἱ πόλεις αὐτὸν, [2] ὅπλοις μὲν φανεροῖς τοῖς [3] στρατιᾶς ἀχ ὡπλι-

32 Συνεξελεξάμην] Ita lego cum Florent. pro συνελεξάμην.

33 Παρ' ἑκάστῳ μνήμην π.] Cum MSS. pro παρ' ἑκάστων.

34 Ἔστι δὲ ἡ πᾶσα σύνταξις βιβλία ὀκτὼ, στρατηγημάτων ἐνακοσίων] Præter lacunam ducum novendecim & ſtrategematum quinque & viginti, quæ eſt libro ſexto, deſiderantur ſtrategemata duo & quadraginta, ut expleatur numerus Auctoris: ſunt enim in univerſum ſtrategemata DCCCXXXIII. Quia autem ſtrategematum numerus libri ſexti & ſeptimi abit nimium à ceteris libris, iis deeſſe putem; in Indice tamen libri quinti ab Auctore duo referuntur duces, quorum ſtrategemata nec ibi notantur, nec in ipſo contextu extant.

Cap. I. 1 Διόνυσος] Ita repoſui ubique cum MSS. Interprete, & Indicibus, qui ſunt ab ipſo Auctore. Vulgata fere ſemper addita præpoſitione ἐπὶ, ut hic, ἐπὶ Διονύσου.

2 Στρατιᾷ] Cantabr. στρατείᾳ, neque hoc tantum loco, ſed ubique has voces confundit.

3 Ὅπλοις μὲν φανεροῖς στρατιᾷ ἀχ

ὥπλισεν· ἐθῆτι δ' λεπτοῖς καὶ νεβρείσι δορατα ἰῶ κισσῷ πεπυκασμένα· ὁ θύρσος εἶχεν αἰχμῶ. κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις, οἷς ἐσήμαινεν ἀντὶ σάλπιγγος, καὶ οἴνῳ τοὺς πολεμίους ἰαίνων ἐς ὄρχησιν

manifestis armis exercitum non armavit: sed vestimentis exilibus, & pellibus cervinis: hastas autem hedera cinxit, summam cuspidem occupabat thyrsus. Cymbalis & tympanis, pro tuba signum dabat. Et hostes vino inebrians, ad saltatio-

ὥπλισεν· ἰδῆτι δ λεπταῖς καὶ νεβρείσι δόρατα κισσῷ πεπυκασμένα· ὁ θύρσος εἶχεν αἰχμῶ κυμ. Delendum quoque est οις, quod sequitur post τυμπάνοις, unde ortum videtur. Hinc autem Bacchæ quoque thyrsis hedera cinctis, & occultato ferro discurrebant, unde Plutarchus Sympos. lib. 1. Ως γὰρ παρ' Ευριπίδῃ μαινάδες ἀνοήτοι καὶ ἀσίδηροι τοῖς θυρσοφόροις παίουσαι θὼ ὑπὸ τοῦ μίτου περιφερόμενοι θαυμαζουσιν, ὅτω τῇ ἀλαζονείᾳ φιλοσόφων καὶ τὰ σκώμματα, καὶ οἱ γέλωτες θὼ μὴ παντελῶς ἀτιμώτως κεῖνται. quod Latine Macrobius lib. VII. Saturn. cap. 1. *Sic autem vitiu irretitos, si & hoc in conviviu exegerit loquendi ordo, feriet philosophia non sentientes, ut Liber pater thyrso ferat per elliquationem circumfusa hedera latente mucrone.* Hinc quoque *nebridibus* cincti, qui Bacchi Sacra obibant. Idem Plutarchus De Fluminibus, in Hebro: Τῶν δ Διονύσιαι τελετάσιαι, αὗται Κισσάρας ἀναδήσασι ἦχον· οἱ δ ἐγχώριοι νεβρίδας περιβεβλημένοι καὶ θύσους κραδαίνοντες ὕμνους ᾄδουσι. Statius lib. II. Thebaidos:

Nebridas & fragiles thyrsos portare puta sat Imbellem ad somitum. Ad quæ verba Lactantius: *Nebridas, pelles damarum, quas Græce νεβρίδας appellantur, ac per hoc Bacchorum indumenta significat, quibus sacrificiorum tempore uti consueverunt, ut Virgilius: Pellibus in morem cincti.* De hastis vero fronde velatis Ovidius lib. II. Metam.

Ipse racemiferu frontem circumdatus umbru,
Pampineu agitant velatam frondibus hastam.

De similibus consule Petr. Castellanum in Dionysiacis.

4 Ἐδῆτι δ λεπταῖς καὶ νεβρείσι δόρατα] Cod. νεφρῖσι. Locus hic non est sanus: ac ne integer quidem: sed voce aliqua, ut videtur, mutilus. Tu dum certior emendatio ex melioribus libris exspectatur, lege & distingue cum Interprete. *Casaub.*

5 Καὶ οἴνῳ τοὺς πολεμίους ἰαίνων] Uterque Codex: καὶ οἴνῳ τοὺς πολεμίους γηθίων, quod præfero lectioni vulgatæ. Similis constructio apud Stephanum Byzant. in Fragm. voce Δῶρος: τιμώμενοι ὑπὸ πάντας. Nihil enim mutandum, quia sic quoque invenire est apud alios; immo & apud Latinos. Tacitus de Moribus German. cap. 15. *Mos est civitatibus ultro ac veritim conferre principibus vel armentorum vel frugum.* Ad quem locum plura in utroque sermone suppeditat Vir CL. Joan. Fred. Gronovius.

6 Εἰς ὄρχησιν ἤρμοσεν] Interpres *impulit*. legit ἤρπισεν. *Casaub.*

Ἔβρισεν] Cum MSS. & Interprete. Vulgata ἤρμοσεν.

Ἐδή-

nem impulit. Et quæcumque alia sunt Orgia Bacchi, omnia fuerunt ipsius stratagemata, quibus Indos, aliamque terram in suam potestatem redegit.

